

ita ut summi magnates, Principes, ac Reges, gubernatores, magni, & parvi, fortes, ac debiles, tam magno, & acerbo metu trepidabant, ut mori potius eligant, quam imminencia mala experiri; & id d' absconderunt se in speluncis, & in petris montium, ut ita latitantes; cogitent fugere a ventura Dei ira; sed frustra, & incassum introibant, ut dicitur Isai 2 n 21. Et egredietur scissuras petrarum, & in cavernas saxorum, a facie formidinis Domini, & a gloria majestatis ejus, cum surrexit percutere terram.

QUESTIO XXXII.

Quare cum Dominus dicatur extendere caelum, sicut pellem, nunc vero dicitur, quod caelum recessit, sicut liber involutus?

Isai 1.

279. D. Thom. Lyranas. Suar.

Isai. 34. Psal 103.

180.

Psal. 103. Caelum nobis dat, & clamor Dei cogitatio em. D. Chryf.

Psal 18.

Hebr.

281. D. August. Psal. 8.

Psal. 103.

Germanam rationem jam dedi in expositione; juxta Divum Thomam, Lyran. Saar. lib. 1. de superstit. cap. 1. Caelum recessit, ait text. nolter, sicut liber involutus. Et Isai. 34. num. 4. Complicabamur, sicut liber caeli. At Psal. 103. num. 3. dicit de Deo: Extendens caelum, sicut pellem. Quod complicatur, non extenditur; quomodo ergo dicitur hic, quod recedit caelum, sicut liber, quia jam ultra Astrologi non exercebant suam Astrologiam, nec jam divinare audebant futuros rerum eventus; sicut involuto libro, ejus sententia videri non possunt, sic obscuratis caeli luminibus, nihil ex eis cognosci, ac conjecturari poterit.

Secundo merito caelum hic cum libro comparatur, nam sicut extenso libro, videntur ea, quae in eo scripta sunt; sic in caelo maxime elucet Dei scientia, & cognitio, elegantibus characteribus descripta. In hoc sensu explicant multi illud Psal. citati: *Extendens caelum, sicut pellem*. Id est, tanquam membranam quoddam, in quo Dei notitia est descripta: ad hunc sensum accipit Divus Chryostomus homil. 9 ad Populum Antioch. illud Psal. 18. num. 1. *Caeli enarrant gloriam Dei*: Sic ait Sanct. Doct. Quomodo enarrant? per ipsum aspectum. Tacet caelum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariores emittit, per oculos non per aures nos docent: In hunc pariter librum, & idiora & sapiens inveteri poterunt, quod i dem propheta intuens dixit. Psal. 18. num. 13. *Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, id est, non est gens, neque lingua, qua hanc vocem, intelligere non possit*. Quae expositio est genuina; & ex Hebraeo transferri potest: *Non sunt loquela, neque sermones, quibus, id est, a quibus non audiantur voces caelorum*.

Tertio, caelum recessit; seu ut habet Isaias: *Complicabamur, sicut liber caeli*. D. Augustinus multis in locis lib. 13. cap. 15. & in Psal. 8. ad illa verba num. 4. *Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum*. Et Psal. 103. *Extendens caelum, sicut pellem*; per caelos Scripturas intelligit, quas, operante Spiritu Sancto Propheta scriperunt. Unde Sanctus Pater caelos

libros nominat; & inde dictum existimat: *Extendens caelum sicut pellem*. Extenditur charta membrana, ut legatur; ita & extenditur sacra Scriptura, ut legatur, & aperiantur sacra mysteria in ea contenta; tanquam fulgentissima sydera in caelo constituta: Hoc autem, caelum, scilicet sacra Scriptura, tanquam liber involutus recessit a Judaeis, ait Rupertus Abbas: quibus ob suam perfidiam clausa est sacra Scriptura ut eam non intelligant, ac proinde fidelibus caelum sacrae Scripturae est extensum: infidelibus, ut Judaeis, recessit, & clausum, sicut liber involutus. Rupertus: *Caelum recessit, ait, quia videlicet sensus illorum coarctati sunt, & dispersi ab illis; non non data est illis, propter inordinatam cordis, vidualis sacrae legis intelligentiam: quomodo recessit? sicut liber involutus, inquit, pulch. e satis innuit, quod per caelum recedens intelligi voluit, qui recessum illum libro involuto similavit; ac si diceretur, quia involuta & clausa est illis omnis Scriptura divina, & clausura autem, ad quos venit, recedens ab illis reseratus est, & apertus est.*

Quarto, Divus Augustinus lib. 5. de Genes. ad literam cap. 20. hanc assignat rationem: *Deus, ait, saecula, qua cum primum condita sunt, tanquam impleta ediderat, succedentibus temporibus, explicat, extendens caelum, sicut pellem; id est, per caelorum motus, ac vicissitudines temporum, mundum involutum paulatim evoluit, eductis, sicut alii, & alii e capacitate specierum individuis, alius & alii effectibus e causarum suarum sinibus, ac praesertim e caeli solique motu, & influxu. Cum ergo ab hoc motu, & ab hac providentia suae explicatione cessat, ac individua, & effectus inde manantes tollit, vel suspendit, ut faciet in die judicii; inde dicitur, suae providentiae librum, caelumque recedere, ac complicari; quoad effectus nempe.*

Quinto, caelorum nomine designari poterit Religiosus ut explicat Sanct. Bonavent. lib. de Ecclesiastica Hierarch. part. 4. cap. 4. Ubi multis explicat, quod caelorum nomine intelligitur sanctitas Religiosorum. Primum, propter remotissimam elongationem ab amore munditiae imitationem. Secundo, propter caelestis munditiae obedientiae continuationem; & ob multas alias rationes, quas late Sanctus Doctor explicat; si ergo caelo deuoratur Religiosus, quid est, quod in ultimis diebus, recessit, sicut liber involutus? Tanta persecutio excitabitur ab Antichristo, ejusque ministris adversus Religiosos, ut fortissimos Christi Milites, ut vix tunc appareant, & recedere videantur; vehementer eos delere, intentabit Antichristus, & ad mortem rapere non longe est ab hac consideratione Joachimus Abbas; dum verba text. *Et omnis mons de loco suo motus est*: Sic explicat: *Montes in hoc loco Monasteria designant, quae in hoc loco Monasteria designant, quia fugatis conventibus Monachorum; aut destruentur penitus, ut non sint, aut uis suis legibus non sinentur.*

Sexto, cur in sexto sigillo apparent quod caelum recesserit a loco suo; seu ut habet Syrus: *Caeli separati sunt*: Quis unquam talia audivit caelum a loco suo recedere, & a se invicem separari? Non mirum, sermo est de novissimo

Rupert. Scriptura sacra clausa Judaeis, a terra fidelibus

282. D. August.

Caelum recedit ab influxu; inde dicitur, recedere.

183. D. Bonav.

Religio veluti caelum.

Joachim. Sic Religiosi persequuntur ab Antichristo quod vix appareant.

284.

QUESTIO XXXIII.

Quare hic tam exabte exprimitur, quod Reges terra, Principes, magni & parvi fugient abscondentes se in speluncis?

Forer. Tanta erit ira Dei iudicis, ut caelum ferre non potens, fugere videatur.

285. Apoc. 20. Ab ira iudicis astra, & terra fugere videatur.

Iansen.

Luc. 21

Psal. 75.

286.

novissimo die iudicii, in quo tanta erit ira Dei, ac vindicta magnitudo, ut quasi caelum eam ferre non valens, in fugam, ac recessum se date videatur. A qua consideratione non longe est Forerius in cap. 34. Isai. cum ait, *Observationem luminarium caeli non notant haec; quae nihil aliud, quam superam tristitiam, & rerum adversariorum quandam inandationem esse, atque hoc est, quod Evangelista dicit, solem obscurandum, & lunam retrahendum lumen, & stellas de caelo ruituras; & Ioan. in Apocalyp. Caelum recessurum.*

In hoc sensu explicant multi illud Apocalypsis 20. num. 11. *Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit caelum*: Fugit caelum, non a conspectu throni; sed a conspectu sedentis in ipso throno, praerata, ac furore quem veniens ad iudicandum ostendebat. Ad cuius gustum explicat Iansenius in sua concordia illud, quod Christus Dominus dicit de iudicio; *Virtutes caelorum movebuntur*. Luc. 21. num. 26. Per virtutes caelorum, intelligit omnia sydera, quae a facie Dei iudicantis, maxime praetimore commovebuntur, a suis locis agitantur. Unde Regius Vates Psal. 75. num. 9. *De caelo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quievit*: Ingenti quidem tremore afficitur terra, dum audit sonum iudicii, ut etiam praetimore non audeat, etiam mutire; sed omnino quiescit, ac si fugere videatur.

Et quis non timeat vocem Dei iudicantis; illiusque horrendum tribunal, quando una vox Dei imperantis minaci affectu, valeat impios vehementer castigare, ac torquere? Reprobi illi sperant nullum flagellum in manu Jesu viderant; solum ejus minaces voces excipiebant; & clamant, *Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? venisti ante tempus, torquere nos*. Matth. 8. numero. 20. & Luc. 8. num. 32. Nullum supplicium in eos infligebat Dominus; & tamen a solo ejus conspectu, minacique voce magnum tormentum profectum se experiri fatebantur miseri. Ut notat Divus Basilius Seleucus oration. 23. *Nondum, ait, eos in iudicium traheret: nondum tribunalis errorem ostendebat: nondum iudicii flammam accendebat: sed minis tantum effrantes impetus refranabat: & mali tanta vis erat. Sola minacis iudicis vox accipiebatur, solum venturi mali sonitus timebat; & de se sonitu solo insoleas tormentum miseris conficiebat; pro quo accipe dictum Amos capite 2. numero secundo: & mistam ignem Moab: & devorabit aedes Carioth: & morietur in sonitu Moab. Tantus erit horror, tantaque flamma jam appropinquans, ut ejus foerit audientibus mortem inferat, & extremam eladem.*

Sensus literalis, jam factus est in expositione; non potuit sacer textus ad significandum perturbationem, ac timorem hominum illius temporis, quid melius, quam id, quod in praesenti proponit, quod scilicet omnes magnates, ac potestates saeculi, ut Reges, Principes, tribuni, divites, ac fortes; tantam anxietatem, ac perturbationem patientur, ut ad speluncas sese latitantes recipiant, hic autem timor omnibus erit communis; non solum tenebit, & apprehendet potentatus; sed etiam minores, & parvos, ut servos, sed moraliter quid dicamus.

Primo, Haymo, per Reges intelligit viros maxime virtute praestantes, qui semetipsos sciunt regere; per Principes etiam intelligit eos, qui sunt minoris virtutis, qui super suos appetitus principantur, per tribunos interpretatur eos, qui praevalet contra vitia carnis, ac tentamenta demonis; fortes dicit, non robustos corpore, sed virtute animi. Si ergo hic intelliguntur homines iusti, fundati in charitate; & charitas foras mittit timorem; quomodo isti sic correpti erunt tremores; ut ad speluncas, ac petras montium confugiant? Per montes intelliguntur Angeli, ac viti valde illustres, ac eminentes sanctitate. Psal. 75. numero 5. *Illuminatus tu mirabiliter a montibus aeternis*. Isai. 3. numero 14. *Tam tremendum erit iudicium futurum Domini, ut etiam iusti ad obtinendam misericordiam, ad sanctorum, ac beatorum spirituum intercessionem confugiant; sic ait Haymo: illi omnes, ultima persecutione deprehensi, fugient, & abscondent se in speluncis, & petris montium, id est, suffragia sanctorum hominum, & Angelorum expellens; ad hos montes novissima persecutione comprehensos, hortatur fugere Dominus, Matth. 24. num. 16. *Dicens; tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes.**

Secundo, Quamvis Reges ac Principes in malam partem aliqui accipiant; tamen multi in bonam interpretantur, est Haymo, mo proximè citatus, & Joachimus citandus; Joachim. & sic Gagnæus rem explicat; per Reges, & Principes, fideles majoris dignitatis intelligit; fortes in fide, divites bonis operibus, servos Iustitiae liberos a peccato. Si ergo hi sunt viri sanctitate illustres, & a peccato liberi, cur sic latitantes se recipiunt ad cavernas montium, cum non habeant peccatum, quod facit homines timidos? non mirandum amen, quod etiam sanctissimi, ad speluncas sic agiant, sic timeant ad Dei iudicium, ut vilibet parum fidat de sua iustitia ac virtute; quod observat Divus Caesarius Arel. ad illa verba Matth. 25. n. 9. *Ne forte non sufficiat nobis*.

287.

Iugens iudicis timor.

288. Haymo.

Psal. 75. Isai. 75. Ad patrocina sanctorum confugiendum est. Haymo.

Matth. 24.

289.

Viri sancti parum fidunt de sua iustitia, ad Dei iudicium.



Matth. 15. bis. & vobis, ite potius ad vendentes. Sic ait Sanctus Pater: Tantis terror, & tanta exinanitio erit in die iudicii, ut etiam illi, qui oleum misericordie se intelligunt abundantius preparasse; metuant, ne eis possit, ad omnia peccata remittenda sufficere.

290. Tertiò, Quomodo magni Reges, fortissimi Principes, in tanta pressura, in petris montium refugium quaerunt? cur non potius subditos suos comparant, & exercitus armant, & ad praelia convocant? Per has montium cavernas intelligit Joachimus Abbas, Monasteria, ac cubicula Monachorum, in eis enim, in suis laboribus, ac molestiis, potentes saeculi refugium inveniunt; sic ait Praefatus Abbas: Possimus per speluncas, accipere secreta, quae resana erunt, Monachorum cubicula; per petras verò montium, spirituales viros, fidei everfione robustos, ad eos confugiunt multi poenitentiam accipienturi.

291. Quartò, Aretas per Reges, & principes, intelligit Satanam, qui Princeps hujus mundi est dictus; per servos, & liberos, minores Daemones interpretatur; & cur se abscondunt in speluncis; & montes deprecantur, ut supra ipsos cadant? intentant, sic occultati fugere à ventura ira. Citat. Episcop. Caesariensis. Tòpicè dictum est, quod studeant, incitare montes potentes, ut super se cadant; quo occultentur; designant enim, quod fugere cupiant supplicium, quod super ipsos manentur à Christo. Hoc autem non sic est intelligendum, quod sic per aëra degentes ante iudicium poena inferni non afficiantur; à primo instanti, quo à caelo ceciderunt, tormentis vexantur; sed dicitur, timere eos supplicium, quod in ipsos à Christo infligendum est; quia ab eo loco excluduntur, ex quo valeant, tentationes, ac molestias inferre hominibus; quod gravissimum erga eos est tormentum; ut testatur Divus Thomas in cap. 8. Matth. Magnum tormentum reputant Daemones, quod non possint hominibus nocere; sed si essent in inferno, non possent ira nocere; & ira tormentum magnum est, irritare in infernum.

D. Thom. Tanto impetu, ac conatu fertur diabolus ad tentandum, quod potius eliger, omnino perire, ac non esse, quam non tentare, ac non nocere. Valdè nota est historia Tobiae, qui cum esset juxta fluvium Tygrin, ecce piscis immanis exivit, ad devorandum eum. Tobiae 6. num. 2. Piscis, dum exit ab aqua, omnino perit quomodo ergo piscis iste audet, se erigere, & caput levare extra aquam, in quo erat ejus mors, & certus interitus? Hic piscis, Auctore Beda, Symbolum erat Diaboli, ab ejusque ingenio movebatur, qui tam avidus erat ad praedam, quod elegit, extra proprium elementum cum magno vitæ suae discrimine erumpere, ut Tobiam apprehenderet, & in fluvium de mergeret aptius judicans perire, quam in hominem non saevire; Hoc Diaboli ingenium notavit D. Hieronymus, ad illa verba Isai. 9. num. 5. Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. Ubi de Demone loquens ait; Quibus si optio datur, magis eligent perire quam praedam perdere.

292. Nullum gravius tormentum diabolo, quam non tentare. Conveniunt Theologi in 4. sentent. d. 45. &c. pat. quaestione 64. artic. 4. Multos daemones in medio aëre inter caelum, & terram cruciari; Tamen in quaestione statim vertitur, cur talis locus illis sit assignatus ad supplicium, qui potius in imis terrae visceribus obruendi videbantur? Variæ sunt Theologorum rationes; illa tamen maxime ad rem prærentem, ut diabolus constitutus inter justos, sentem, ut diabolus constitutus inter justos, qui jam triumphant in patria; & etiam inter eos, qui adhuc in via peregrinantur, utroque invidia torquetur; maxime cum suis tentationibus non valeat, superare, ac opprimere. D. Bern. Divus Bernardus sermone 54. in Cantic. Diabolus, ait, in panam suam; locum in aere medium inter caelum, & terram sortitus est, ut videat, invidet, ipsa invidia torquetur. Et paulò post Considerans diabolum, tanquam Montes Geboc, omni rore destitutus, cum reliqui in circuitu montes caelestibus imbribus secundentur; Quam miser, ait, cum suspicit caelos, in quibus innumeros montes inveniunt, divina claritate fulgentes! Quam miser, cum respicit terram, montes quamplurimos de populo acquisitionis habentem? cum quanto putamus dolore aspiciat illos cupidissimus gloria, istos in circuitu suo tam gloriosos montes; cum suos à regione inclusos, tenebrosos, bonis omnibus infacundos despiciat. Divus Bernardus hæc scribit ad invidiam Daemones? Ego vero refero ad magnum illius tormentum cum non valeat tentare eos, qui sunt in caelo, utpote tentationis expertes; nec tentamenta ejus aliquid proficiunt contra justos in terris, si à gratia Christi protegantur, ac corroborentur.

293. Cur non dicunt: abscondite nos à facie Spiritus sancti?

294. T dicunt montibus, & petris: cadite super nos: Fit hic allusio ad illa verba Christi D. Luc. 21. num. 30. Tunc incipient, dicere montibus, cadite super nos. Quod indicat magnam afflictionem, ac tribulationem illorum hominum. Abscondite nos à facie sedentis, id est, Dei omni potentis quem etiam infideles recognoscunt; nam tot, tantisque calamitatibus vexati, ex relatione iustorum, qui talia futura prædixerunt, agnoscent in proximo magnam venturam iram. Et ab ira Agni; scilicet Christi Domini iram Deo attribuant, non in quantum est passio, & turbatio mentis, sed in quantum zelus puniendi, & ostendendi, & rigorem justitiae. Quoniam venit dies magnus ira ipsorum; scilicet sedentis super thronum, & Agni, vindicis peccatorum; dies magnus dicitur more Scripturae, quo Deus aliquid magnum, ac mirabile facit; Et qui poterit? In conspectu tanti furoris, & iræ. Si verò ad tempora Antichristi hoc referas, explicabis: quod quis poterit stare firmus, & constans in fide, tempore tantæ adversitatis? erit enim tunc tribulatio, qualis nunquam fuit nullus sanè, nisi fuerit gratia Dei præventus, & munirus.

295. Et dicunt montibus, & petris; cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni. Quoniam venit dies magnus ira ipsorum: & quis poterit stare?

VERSIONES. Arabic. n. 16. Abscondite nos à facie ejus, qui sedet super thronum. Occumen. Occultate nos. D. Cyprian. A conspectu sedentis super thronum. S. Prosper. Syriac. n. 17. Dies magnus ille ira Arabicus. Magnis illis dies ipsius; & quis est, qui possit consistere. D. Cyprian. Quoniam venit dies inter-necionis. Occumen. Et quis potest, salvus fieri.

EXPOSITIO X.

294. T dicunt montibus, & petris: cadite super nos: Fit hic allusio ad illa verba Christi D. Luc. 21. num. 30. Tunc incipient, dicere montibus, cadite super nos. Quod indicat magnam afflictionem, ac tribulationem illorum hominum. Abscondite nos à facie sedentis, id est, Dei omni potentis quem etiam infideles recognoscunt; nam tot, tantisque calamitatibus vexati, ex relatione iustorum, qui talia futura prædixerunt, agnoscent in proximo magnam venturam iram. Et ab ira Agni; scilicet Christi Domini iram Deo attribuant, non in quantum est passio, & turbatio mentis, sed in quantum zelus puniendi, & ostendendi, & rigorem justitiae. Quoniam venit dies magnus ira ipsorum; scilicet sedentis super thronum, & Agni, vindicis peccatorum; dies magnus dicitur more Scripturae, quo Deus aliquid magnum, ac mirabile facit; Et qui poterit? In conspectu tanti furoris, & iræ. Si verò ad tempora Antichristi hoc referas, explicabis: quod quis poterit stare firmus, & constans in fide, tempore tantæ adversitatis? erit enim tunc tribulatio, qualis nunquam fuit nullus sanè, nisi fuerit gratia Dei præventus, & munirus.

295. Quare extremo iudicio tantum fit mentio de Aeterno Parente, ac ejus unigenito filio Christo Jesu; nulla verò est mentio de Spiritu Sancto?

QUÆSTIO XXXIV.

296. Cur non dicunt: abscondite nos à facie Spiritus sancti?

297. Cur non dicunt: abscondite nos à facie Spiritus sancti?

298. Cur non dicunt: abscondite nos à facie Spiritus sancti?

Ad nostram tamen quaestionem ut patet ex nostro text. In extremo iudicio solum fit mentio de Aeterno Parente, ac magno Christo Domino, nulla verò Spiritus sancti: Tanto rigore exercebitur ultimum iudicium adversus impios, ut nulla erga eos Deiamoris umbra apparitura videatur. Ait Regius Vates. Psalm. 75. num. 8. Tu terribilis es: & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. Ubi de extremo iudicio est sermo, ut patet sequenti versione: De caelo audivimus fecisti iudicium. Quod etiam notavit Cassiodorus Illud tamen maxime est: ex tunc ira tua. Et ipso iudicio finali ostensa, & declarata est ira Dei: nonne hæc maxime manifestata est in submersione totius mundi? Nonne hæc manifestata est, quando Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrhiam ignem, & sulphur? Nonne hæc manifestata est, immissa pestilentia in Israël, in qua per medium diem ceciderunt Septuaginta millia virorum: Cur ergo ait: Ex tunc ira tua? Vult dicere, quod sapè Deus iræ, ac iustitiæ specimen dedit, sed ex tunc in tantum se ipsum excedet, ut dicere quasi valeamus; Ex tunc ira tua: quasi ad tunc non ostenderit Deus ira suam. Nam antea iram manifestavit, commixtam tamen misericordia, ut in universali diluvio generis humani, octo animæ salvæ factæ sunt 1. Petr. 3. n. 4. In universali incendio civitatum Sodomæ, Loth cum familia sua liberatus est, & ob ejus preces Segor salvata est. Genes. 19. num. 23. Quod etiam visum est in illa magna pestilentia Israël; quam dum esset designata in tres dies, Dominus ob suam misericordiam ad medium diem abbreviavit 1. Reg. 2. Reg. 24. cap. 24. num. 16. Ait in extremo iudicio, nil pietatis, ac misericordiae apparebit; sed undique furor, ac indignatio; & ideo per Antonomastiam dies iræ, ac furoris Domini dicitur. Cassiodorus: Ex tunc dicit, ait, tempore iudicii, qui etiam dies iræ, & furoris dicitur. De hoc extremo die agens Isaias 13. num. 9. ait: Ecce dies Domini venit, crudelis, & indignationis plenus; & ira, furorisque. Cur crudelem diem domini dicit Propheta, à quo crudelitas, & saevitia abest? cur indignationis, & furoris plenus, qui nihil nisi cum summa æquitate operatur. Cur tot Epitheta exaggerationis iræ Dei proponuntur? ut denoteret, quod tam terribilis futura sit illa dies, ut nullo modo possit, satis exprimi. Divus Alredus sermone 9. in cap. 13. Isaiæ: Commemoratur hic, ait, quatuor quædam manifesta sanè illius futura calamitatis indicia; crudelitas, indignatio, ira, & furor; crudelitas est, quando ira modum excedit: indignatio, quando persona alicujus, qui facit injuriam, certa aliqua vitia innotescit: ira solet apparere in voce, vel vultu: furor in actibus. Dies itaque illa, crudelis erit, quia in ea maxima crudelitatis species apparebit, quando elementa ignis calore solentur; Plenus erit indignationis, quando divina majestas, & hominis innotescet infirmitas, manifestumque erit omnibus, quomodo adversus tantam potestatem, tanta severtit infirmitas. Erat plenus ira: quando vox illa terribilis audietur: Discedite à me maligni in ignem aeternum: quæ tribulatio: quando omnibus illis in combustionem aeternam, nulla erit effugiendi facultas, & nulla spes evadendi.